



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

CVIII. Woldemar vereignet dem Kloster Lehnin einige Gewässer, welche er dem Kloster theils verkauft, theils zum Seelenheile der Markgrafen Hermann und Johann geschenkt hat, am 5. April 1317.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

CVII. Markgraf Johann befreiet zwei dem Kloster Lehnin im Dorfe Wustermark angehörige Hufen Landes von Diensten und Beden, am 7. Januar 1317.

In nomine domini amen. Nos Johannes, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Recognoscimus publice in hiis scriptis, Quod pietate pariter et iusticia moti Conuentui monachorum in Lenyn pro grauaminibus et incommodis, per nos et nostros ipsis persepis illatis, duos mansos ipforum, quos in villa Wustermarke precariis et seruiciis oneratos hactenus possederunt, ab omni precaria et angaria ac seruicio curruum communi et priuato damus et conferimus eidem fratribus liberos penitus et exemptos, Item libertatem aliorum duorum mansorum ibidem ipsis per Magnificum principem dominum Hermannum marchionem Brandenburgensem, nostrum patrem karissimum, clare memorie, datam liberaliter et indultam, gratam et ratam habere uolumus ac ipsam tenore presentis scripti confirmamus, nostri Sigilli munimine roborati. In cuius nostre libertatis graciā et euidenciam ampliorem nostrum Sigillum presentibus est appensum. Actum et datum Ruleneftorp Anno domini Millesimo CCC°. Septimo decimo, jn crastino Epiphanie Domini.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

CVIII. Woldemar vereignet dem Kloster Lehnin einige Gewässer, welche er dem Kloster theils verkauft, theils zum Seelenheile der Markgrafen Hermann und Johann geschenkt hat, am 5. April 1317.

In Nomine Domini Amen. Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lucie Marchio, Recognoscimus in hoc scripto, quod ad honorem Dei omnipotentis in salutem Dominorum Hermannii et Johannis Marchionum felicis memorie Brandenburgensium et omnium nostrorum progenitorum ac Reuerende Domine Anne, Ducisse Wratislauenfis, nostreque animarum, mente pura et remunerationis spe secura dedimus et presentibus litteris damus Ecclesie Monachorum in Lenin Cisterciensis ordinis cum omni proprietate et hereditate aquas infra scriptas, in quibus vsualiter quadraginta et quatuor talenta reddituum Brandenb. denariorum obueniunt quouis anno: et ex istis redditibus antedictae ecclesie Leninenfi ob felicem memoriam Principum predictorum pure propter deum et testamenti nomine viginti duo talenta dedimus, alia autem viginti duo talenta a nobis pro ducentis talentis Brandenb. denariorum eciam alibi in elemosina datis, compararunt, et omnes iste aque pertinebant illustri Domicelle Conegundis, germane magnifici Domini Hermannii Marchionis, cum distinctionibus et metis subnotatis, adiunctis nominum significatis. Primo a ponte oppidi postamp in longum per stagnum Zwylow usque ad locum dictum marggreuenhorn ad latus villarum adiacentium, scilicet Capput et verch. Debet autem modus piscandi in aquis istis obseruari isto modo, quod piscatores dicte ecclesie habent eorum recia in longum aquarum et propiscaturam habebunt continue ante omnes. Alii autem, quibus piscatio in dictis competit aquis, postremo ex latere aduerso in latum tantummodo piscabuntur. Item stagnum Glindersee et stagnum Plesee, Wersee cum stagno Heyde Botzin et stagnum quod dicitur Lynewitzersee vel Wittersee, quod idem est, cum suis piscaturis. Item aliarum aqua-

rum protenduntur termini a ponte oppidi werdere vsque ad villam paretz et vsque ad villam sehorin, in quibus aquis duo sunt obstagia, que vulgariter dicuntur Were, que specialiter ecclesie prenotate pertinebunt, et in his aquis piscari volentibus tantummodo cum minimis retibus, que Puerde et vloch vulgariter dicuntur, conceditur, sicut presens et communiter modus piscandi ab antiquo observatur, debet ab omnibus deinceps obseruari. Prenominata etiam quadraginta quatuor Talenta Brandenb. denariorum Ecclesia in Lenin cum libertate, vtilitate, fructu, et generaliter cum omni iure et dictas aquas et stagna cum omni commodo et honore, iusto proprietatis titulo possidebit temporibus sempiternis pacifice et quiete. Abrenunciantes Juribus, fructibus et proprietati et generaliter omnibus, que nobis ex nunc competunt aut nobis et nostris successoribus aut heredibus, si quos Domino disponente procreauerimus, in futuro competere possent, voce expressa, in aquis et stagnis supra scriptis. Presentibus Patribus Venerabilibus, Domino Johanne Brandenburgensis et Domino Stephano Lubucensis Ecclesiarum Episcopis, magnifico Domino Rudolpho Duce Saxonie, Friderico de Alvensleue, Conrado de Redere, Ottone de Schenkendorp, Johanne de Crochere, militibus, Domino Johanne Gorlicensi, Domino Segero Stendaliensi, Domino Nicolao Bernowenfi, Domino Euerhardo Stolpenfi, nostro protonotario, Ecclesiarum Prepositis, Capellanis nostris dilectis, cum aliis pluribus fide dignis. Vt autem predictae proprietatis donatio perpetuo salua consistat, presentibus nostrum sigillum duximus apponendum. Actum et Datum Spandow, anno Domini Millesimo trecentesimo XVII, Nonas Aprilis.

Nach dem Lehniner Copialbuche des Geh. Ministerial-Archives. Gercken's Verm. Abh. I, 181. Klöders Waldemar II, 240. 261. Vgl. L. v. Ledebur Archiv VII, 174.

CIX. Heydenreich von Trebbin, Castellan zu Blankensee, verkauft dem Kloster Lehnin einen Wald in der Nähe von Stangenhagen, am 4. August 1317.

Quoniam status mortalium indefinenter ad ulteriora descendit, ea, que inter mortales ordinantur, iuste scriptis annotantur, vt, si contra rem gestam prauorum aliquando confurgat inuidia, rei ueritatem expressa litterarum testentur elogia. Nos igitur heydenricus de Trebyn, Castellanus de Blankense, vniuersis tam presentibus quam futuris has litteras visuris notum esse volumus, quod viris religiosis domino Theoderico, dicto de Hartstorp, Abbati Lenynensi, totique conuentui eiusdem cenobii nemus totum cum fundo seu ligna omnia a terminis lignorum curie Stangenhayn, hogehorst dictis, usque ad aggerem videlicet Strazdam se extendentia seu protendentia ac deinde aggerem ipsum Strazdam cum lignis omnibus a parte vna per longum usque ad fossatum diuidens et distingvens terminos dominorum seu fratrum de Cynna, pro decem et nouem marcis argenti Brandenburgensis rite et rationabiliter vendidimus, cum omni iure et iurisdictione, cum omni fructu et vtilitate hereditarie, quiete et pacifice perpetuis temporibus possidenda. Ne autem hoc factum tam rationabile cuiuspiam audeat infirmare temeritas, nostri sigilli appensione presentem paginam roboramus. Testes huius rei sunt: Dominus Gyfo, miles, dictus de Stycker, Wolteco et arnoldus filii eiusdem, Hennyngus de zuchwiz, Johannes rorobeke, hermannus scultetus de blankense, Frater Johannes de deffowe cellerarius dicte domus Lenynensis, frater henricus de castel, frater Johannes de Baruth